Quòd ſi hoc eſt honeſtum, neceſſe eſt, vt virtus honeſta ſit. Bona enim cùm ſit, laudabilis eſt. Virtus verò eſt facultas, vt videtur, quæ parat bona, & quæ conſeruat, & facultas, quæ beneficia facit multa, & magna, & omnia in omnibus. Partes autem virtutis ſunt iuſtitia, fortitudo, temperantia, magnificentia, magnanimitas, liberalitas, manſuetudo, prudentia, ſapientia. Neceſſe verò eſt maximas eſſe virtutes, quæ aliis vtiliſſimæ ſunt, ſiquidem eſt virtus facultas, quæ beneficia facit. Idcirco iuſtos, & fortes maximè honorant: hæc enim in bello, illa verò etiam in pace vtilis eſt ipſis. Et liberales. Nam effundunt, & non certant de pecuniis, quas maximè appetũt, alij. Iuſtitia eſt virtus, per quam quæ ſunt ſua, ſinguli habent, & vt iubet lex. Iniuſtitia per quam aliena, non, vt præcipit lex. Fortitudo, per quam actores ſunt honeſtorum operum in periculis, & vt lex præcipit, atque adminiſtri legis. Timiditas contrarium. Temperantia eſt virtus, per quam ad voluptates corporis ſic ſe habẽt, vt lex præcipit. Intemperãtia contrarium. Liberalitas, quę in pecuniis benefacit. Illiberalitas contrarium. Magnanimitas virtus magnorum effectrix beneficiorum. Puſillanimitas contrarium. Magnificẽtia virtus in ſumptibus magnitudinis effectrix. Paruificentia contrarium. Prudentia eſt virtus rationis, per quam benè conſultare poſſunt de bonis, & malis, quæ dicta ſunt pertinere ad felicitatẽ. Ac de virtute quidem, & vitio in vniuerſum & de particulis dictum eſt, quod pręſenti tempori ſatis ſit. De aliis verò non eſt difficile videre. Apparet enim neceſſe eſſe, vt & ea, quæ efficiunt virtutem, ſint honeſta: referuntur enim ad virtutem. Et quæ à virtute efficiũtur, eiuſmodi autem ſunt ſigna virtutis, & opera. Et quoniam ſigna, & talia, quæ ſunt boni opera, vel perpeſſiones, honeſta ſunt, neceſſe eſt, vt etiam quæcunque ſunt fortitudinis opera, ſigna fortitudinis, vel fortiter geſta, honeſta ſint. Et iuſta, & iuſtè ſe habẽtia opera, perpeſſiones verò minimè. In ſola enim hac inter virtutes, nõ ſemper quod iuſtè ſe habet, honeſtum eſt, verùm cùm quis damnatur, turpius eſt, ſi id fiat iuſtè, quàm ſi iniuſtè. Et de aliis virtutibus ſimiliter. Et in quibus pręmia ſunt honor, honeſta ſunt. Et in quibus honor magis, quàm pecunię. Et quęcunque non ſui cauſa agit aliquis, ex iis, quæ eligenda ſunt.

A εἰ δὲ τοῦτό ἐστι τὸ καλὸν, ἀνάγκη τὴν ἀρετὴν καλὸν εἶναι· ἀγαθὸν γὰρ ὂν, ἐπαινετόν ἐστιν· ἀρετὴ δὲ, ἐστὶ μὲν δύναμις, ὡς δοκεῖ, ποριστικὴ, ἀγαθῶν καὶ φυλακτική· καὶ δύναμις εὐεργετικὴ πολλῶν καὶ μεγάλων, καὶ πάντων περὶ πάντα. μέρη δὲ ἀρετῆς, δικαιοσύνη, ἀνδρία, σοφροσύνη, μεγαλοπρέπεια, μεγαλοψυχία, ἐλευθεριότης, πρᾳότης, φρόνησις, σοφία. ἀνάγκη δὲ, μεγίστας εἶναι ἀρετὰς, τὰς τοῖς B ἄλλοις χρησιμωτάτας, εἴπερ ἐστὶν ἡ ἀρετὴ δύναμις εὐεργετική. διὰ τοῦτο τοὺς δικαίους καὶ ἀνδρείους μάλιστα τιμῶσιν· ἡ μὲν γὰρ, ἐν πολέμῳ· ἡ δὲ, καὶ ἐν εἰρήνῃ χρήσιμός ἐστιν αὐτοῖς. εἶτα ἡ ἐλευθεριότης· προΐενται γὰρ, καὶ οὐκ ἀνταγωνίζονται περὶ τῶν χρημάτων, ὧν μάλιστα ἐφίενται ἄλλοι. ἔστι δὲ, δικαιοσύνη μὲν, ἀρετὴ, δι᾽ ἣν τὰ αὐτῶν ἕκαστοι ἔχουσι, C καὶ ὡς ὁ νόμος· ἀδικία δὲ, δι᾽ ἣν τὰ ἀλλότρια, οὐχ ὡς ὁ νόμος. ἀνδρία δὲ, δι᾽ ἣν πρακτικοί εἰσι τῶν καλῶν ἔργων ἐν τοῖς κινδύνοις, καὶ ὡς ὁ νόμος κελεύει, καὶ ὑπηρετικοὶ τῷ νόμῳ· δειλία δὲ, τοὐναντίον. σωφροσύνη δὲ, ἀρετὴ, δι᾽ ἣν πρὸς τὰς ἡδονὰς τοῦ σώματος οὕτως ἔχουσιν ὡς ὁ νόμος κελεύει· ἀκολασία δὲ, τοὐναντίον. ἐλευθεριότης δὲ, περὶ χρήματα εὖ ποιητική· ἀνελευθερία δὲ, τοὐ- D ναντίον. μεγαλοψυχία δὲ, ἀρετὴ μεγάλων ποιητικὴ εὐεργετημάτων· μικροψυχία δὲ, τοὐναντίον. μεγαλοπρέπεια δὲ, ἀρετὴ ἐν δαπανήμασι μεγέθους ποιητική· μικροψυχία δὲ καὶ μικροπρέπεια, γινόμενα. ταῦτα δὲ, τά τε σημεῖα τῆς ἀρετῆς, τἀναντία. φρόνησις δ᾽, ἐστιν ἀρετὴ διανοίας, καθ᾽ ἣν εὖ βουλεύεσθαι δύνανται περὶ ἀγαθῶν καὶ κακῶν τῶν εἰρη- E μένων εἰς εὐδαιμονίαν. περὶ μὲν οὖν ἀρετῆς καὶ κακίας καθόλου, καὶ περὶ τῶν μορίων, εἴρηται κατὰ τὸν ἐνεστῶτα καιρὸν, ἱκανῶς. περὶ δὲ τῶν ἄλλων οὐ χαλεπὸν ἰδεῖν, φανερὸν γὰρ, ὅτι ἀνάγκη, τά τε ποιητικὰ τῆς ἀρετῆς εἶναι καλά. πρὸς [ἀρετὴν γάρ. καὶ τὰ ἀπ᾽ ἀρετῆς, καὶ τὰ ἔργα. ἐπεὶ δὲ τὰ σημεῖα καὶ τὰ τοιαῦτα ὅσα εἰσὶν ἀγαθοῦ ἔργα ἢ πάθη καλὰ, ἀ- F νάγκη ὅσα τε ἀνδρίας ἔργα, ἢ σημεῖα ἀνδρίας, ἢ ἀνδρείως πέπρακται, καλὰ εἶναι· καὶ τὰ δίκαια, καὶ τὰ δικαίως ἔργα· πάθη δὲ, οὔ. ἐν μόνῃ γὰρ ταύτῃ τῶν ἀρετῶν, οὐκ ἀεὶ τὸ δικαίως καλὸν, ἀλλ᾽ ἐπὶ τοῦ ζημιοῦσθαι, αἰσχρὸν τὸ δικαίως μᾶλλον ἢ τὸ ἀδίκως· καὶ κατὰ τὰς ἄλλας δὲ ἀρετὰς, ὡσαύτως. καὶ ἐφ᾽ ὅσοις τὰ ἆθλα τιμὴ, καλά. καὶ ἐφ᾽ ὅσοις τιμὴ μᾶλλον ἢ χρήματα· καὶ ὅσα μὴ αὐτοῦ ἕνεκα πράττει τις τῶν αἱρετῶν.